Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Tunc principes et satrape surrepuerunt regi et sic locuti sunt ei Dari
rex in eternum vive Consilium inierunt principes regni magistratus et sa
trape senatores et iudices ut decretum imperatorum exeat et edicatur
ut omnis quicumque petierit aliquam petitionem a quocumque deo et homine usque
ad dies triginta nisi a te rex mittatur in lacum leonum Nunc itaque
rex confirma sententiam et scribe decretum ut non immutetur quod
statutum est a medis et persis in preterium cuique licuerit Porro
rex darius prescriptum edictum et fecit Quod cum audisset daniel com
perisset idem esset signatum legem ingressus est domum suam et fe
nestris apertis in cenaculo suo contra hierusalem tribus temporibus
in die flectebat genua sua et adorabat confitebatur coram deo
suo sicut et antea fecerat consuetudinem Viri igitur illi curiosi deprehen
dunt daniel orantem et obsecrantem deum suum. Et accedentes
locuti sunt regi super edicto Rex nunquid non constituisti ut omnis ho
mo qui rogaret quemquam de diis et de hominibus usque ad dies triginta
nisi a te rex mittetur in lacum leonum Ad quos respondens rex ait
Verus sermo iuxta decretum medorum et persarum quod preterire non licet
Tunc respondentes dixerunt coram rege Daniel de filiis cap
tivitatis iudee non audivit de lege tua et de edicto quod constituisti
sed tribus temporibus per diem orat obsecrationem suam Quod ubi
audisset rex satis contristatus est et pro daniele posuit cor ut
liberaret eum et usque ad occasum solis laborabat ut liberaret illum
Viri autem illi intelligentes regem dixerunt ei Scito rex quia
lex medorum est atque persarum ut omne decretum quod constituerit rex non
licuit immutari Tunc rex precepit et adduxerunt danielem et
miserunt eum in lacum leonum Dixit quoque rex daniheli Deus tuus que
semper colis ipse liberabit te Allatus quoque est lapis unus et pos
tus est super os lacus quem obsignavit rex anulo suo et anulo optima
tum suorum ne quid fieret contra danielem et abiit rex in domum
suam et dormivit incertatus Cibique non sumpti allati coram eo insuper
et somnus recessit ab eo Tunc rex primo diluculo consurgens
festinus prefectus ad lacum leonum Appropiansque lacum daniele
vocem lacrimabilem inclamavit et affatus est eum daniel serve
dei viventis deus tuus cui tu serviis semper putas ne valuit
te liberare a leonibus Et daniel regi respondens ait Rex in eternum vive